

10.

M A T T H E I
V V E S E M B E C I I

Auctoris damnati
I N

Pandectas Iuris Ciuillis

E T

Codicis Iustinianei LIBROS

COMMENTARII:

o oel

calibra
at laetitia

OLTR PARATIPPA DICTI hactenus
prohibiti nunc vero cum expurgatione permitti.
Nunc ex postrema ipsius Authoris, necnon aliorum quo-
rundam Iurisconsultorum recognitione multo
quam antehac emendatius editi.



F R A N C O F V R T I

Supoptibus Antonij Hierati, ANNO M. D. C. XI.

Cum Privileg. Cesareo & Regio.

ex libris D.º Bº Josephi florez a Valladolid



ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AG DOMI-
NO, COMITI PALATINO
AD RHENVM, SACRI ROMANI
Imperij Archidapifcro, & Electori,
Duci Bauariae, &c.

VOD Marcus Crassus apud Cicero-
nem, de illa, quam tantopere miratur,
benè dicendi facultate, rectissimè sta-
tuit, nunquam eam non ineptam esse,
nisi cùm est necessaria: idem ad totum suscepit & hu-
ius scriptionis genus, iudicio doctorum, vereque sa-
pientiū, & soler, & certè potest accōmodari. Quorū
inter plerosq; constat illud quod verum est, in hoc
imminēte rerum humanarum occasu, circumacta-
que iam fermè præcipitantis aui periodo, frustra tā-
tum laboris, in hisce politicis studijs, paulò pōst desi-
turis, consumi: scribendiq; accurationem huius ar-
gumenti laboriosam magis quam necessariam, præ
melioribus cogitationibus atque actionibus, quæ &
necessariò suscipi debent, & esse saluti possunt, per-
peram, neq; rectè præuerti. Quocirca dādam potius
esse cuiq; operam, vt ab occupatione transuentiū &
caducatū feriati rerum in pijs veræ religionis & in-
uocationis assiduæ exercitijs, aduentanti Dei Filio,
& ad calculū mortuos iuxta viuosq; propediem re-
uocaturo, præstolemur: ac ita vita sumus, animoque

MATTHÆI WESENBECKI
COMMENTA-
RIVS IN DIGEST.
LIBER I.

DE
IVSTITIA ET IVRE,
Titulus I.

- 1 Continuatio tituli.
- 2 Finis Jurisprudentie, & media
ad finem ducentia.
- 3 Unde dicta sit iustitia, & quam
variè accipiatur. (initio.)
- 4 Triplex iustitiae uniuersalis defi-
- 5 Diuisio, partes & species.
- 6 Causa efficiens.
- 7 Materia in qua & circa quam.
- 8 Forma, finis & effectus.
- 9 Cognata & contraria.
- 10 Differentia iustitiae uniuersalis
& particularis : & quid sit
particularis.

MNIS† quæ via & ratio-
ne suscipitur, de re qua-
piam institutio, princi-
piò finem quo res ea fer-
tur arque collimat, pro-
spicere: deinde media ad exitum recte
ducentia vestigare prudenter, & aper-
tire solerter debet. Quemadmodum
enim viatores, qui & certam metam
propositam, & semitam quæ eò resta-
ferat, probè cognitum habent, minus
aberrare possunt: sic in doctrinis artiū
tradendis, cùm initio finis cuiusq; di-
sciplinæ proponitur, & apta subinde
methodo, commodaq; discendi facul-

- 11 Diuisio & species iustitiae par-
cularis.
- 12 De iustitia distributiva: quid sit,
que eius cause, fines, affinia,
contraria.
- 13 De iustitia commutativa: quid sit,
que causa, eius fines, affinia,
contraria.
- 14 Ius unde dictum su: & quid sit,
& quotplex,
- 15 De iure naturali.
- 16 De iure gentium.
- 17 De iure ciuili.
- 18 De aequitate.

tate, quæcūq; eò sine errore perduce-
re queant, cōmonstrātur: sit ut in tota
deinceps institutione hallucinati ini-
cius & impingere discētes possint. Eā-
dem viā insistentes nostri cōpositores;
primò finem huius doctrinæ ostendūt:
rum cōpositiua ac definitiua methodo
à summis principijs artis, iuxta seriem
& naturalem rerum ordinem progre-
dientes, & ex simplicibus coniuncta.
ex antecedentibus consequentia ex-
truentes, ad finem quem initio offen-
derūt, perueniūt: & quasi manu ducē-
tes, à carcereb. ad metu vñq; huius artis
recto itinere studioles transmittunt:

Matthæi VVesenbecij

IAC.

C O D I C E M
D. I V S T I N I A N I
C O M M E N T A R I V S.

*Cum Rerum & Verborum Indice
copiosiss.*



F R A N C O F V R T I A D M O E N V M,

Sumptibus Antonij Hicrati

M. D C. XII.

P. 67. V. 11. M.
A D ILLV S T R I S S.
INCLYTVM QV E PRINCIPEM
ac Dominum,

D V C E M S A X O N I A E , &c. S. R. I.
Archimarescallum, VIIR. Electo-
rem, &c.

VM omnia liberalium doctrinatum genera, in quibus
grata DEO fama, secundum Platonem, est sparsa, flo-
rente discentium doctorumq; studys oportet: cum iuriis
prudentiae studium praeipua quadam studiose inveniu-
tis opera percolendum est. Nec enim si sacratum monumenta literar-
rum excipias, ex illis disciplinis de divina voluntate certius argumenta-
rum habire possumus, quia ex hoc iuriu fonte: qui in hominum mentib.
innatus, atque ab ipso rerum conditore DEO consecratus, gustum pre-
bet in hac imbecilli caliganteq; natura saltem aliquem, qualisnam sit
caelestis illa mens cuncta gubernantis tuncq; Dei: nempe qua honestu,
iustis, rectis ordine, disciplina, & Rerum pub. & m^{is} gaudet: An-
nueretur autem, horribiliterq; vindicet contraria. Quid autem est in
terris praestabilius, quid hominius natura magis officioq; consentaneum,
quam diuinitatis voluntatem in investigatione ingenii perscrutari ac in-
quirere, eamq; perquisitam atque cognitam, quanto maxime fieri po-
test cultu, honore, obseruantia prosequi, & ad eius normam omnia
confilia, cogitationes, actiones, totius denique vita flectere cursum ac
conformare: In hoc enim conditi, in hoc nati educatiq; sumus, et ar-
chitectum cum rerum omnium, cum humani generis. Deum agnoscen-
tis & veneremur, eiq; in huic vita statione, grata dicere & facere
studemus. Iam vero si ad homines nihil est magnificenter, laudabi-
lissimq; quam ciuilis vita rationibus publicè priuateq; plurimum com-
modare: quis non intelligit iuriis prudentiae studium amplissimum esse
summopereq; colendum? Hac enim scientia latissimè in omnes ciui-
lium actionum partes miris opportunitatibus porrigitur: qua con-
cordia

ter, poena relegationis plecti solent, &
si qua. i. ss. de penit. Sed hac de re tota.
commodius ad tit. ext. cod. expone-
tur. & quod satis est, salutiq; esse po-
test, de fontibus Israël petatur. Neque
enim necessarium, sed potius temera-
rium est, definire numerum infinitum,
divisionem quadrare in essentia sim-
plicissima, aut causas in eo, qui sit o-
mnium rerum causa & finis ineffabili-
bus essentiae & potentiae. Quare vene-
rabundi hæc sacra prætercantes, ad
ea, quæ nostræ sunt professionis, pro-
grediamur.

D E S A C R O S A N C T I S.
Ecclesijs, & de rebus ac pri-
mogenijs earum. Tit. II.

- 1 Continuitas iuris.
 - 2 Definitio Ecclesie, & divisionis.
 - 3 Cause.
 - 4 Affinia.
 - 5 Contraria.
 - 6 De rebus Ecclesie.
 - 7 De priuilegiis.

Non modo sacra sunt Deus & fides
catholica, sed res etiā Deo faciatar:
S. sacre. In p. de rer. divis. l. in tamū. 6. S. 2. cū
A. seq. p. 19. in quib. praeципue sunt Ec-
clesia: quæ non simpliciter sacra, sed
Sacrosancte nostris nominantur: quod
non solum Deo laetæ sunt, d. S. sacra. d.
l. 6. S. 2. verb. semel autem ad sacra fallit. de
rer. divisi sed etiā Principium constituti-
onib. velut sanctæ, l. sanctiū t. cum A. seq.
p. de rer. divisi. Et rati. t. ne quid in s. sacro.
ab iniutijs hominū impiorū (quæ ma-
xima semper multitudō fuit) defen-
dantur, R. n. 3. ne sanctiū bapt. l. si quis...
Et p. p. 1. ne C. t. in Cat. 2. sacrosan-
ctas possessiones, hoc est. iniurabiles voca.

Ecclœ Græcu multitudinis nomen, dupliciter nostris accipitur: ali quando uniuersaliter, pro Ecclesia catholica, coetu Dei, Iosue 23.17. quæ veritatis religionis perpetua est mater, Iacobus 1.14. b. t. & rerum omnium humanaarum una conservatrix, I.4.7. iii. s. Ea est coetus amplectetum veram deo doctrinam, & recte videntium Sacramentis. Loquimur enun non de

triumphante (quod ius nostrum non pertinet, ut nec humana reliqua, s. car. 13.) sed de militante Ecclesia: quae tutum dividitur in visibilem, corporalem, seu extremam, in qua multi sunt non regati, de doctrina tamen conscientes: unde 1.6. intrare de paganis. Ecclesie Christianos dividit in eos, qui se uera sunt, & qui esse dicuntur: & invisibilem seu spiritualem, quae est tantum electorum, crediturque, ut est in Symbolo, non videtur. Alias particulariter accipit pro multitudine fidelium particulari, certum in locum congregata: & hoc in titulo potissimum pro Ecclesia materiali, hoc est, locis ex templis manu factis, in qua fideles statim temporibus diuini cultus gratia solent conuentus.

C Ea construuntur consensu multiitu
dinis hominum, ad minus decem, c. v.
mio. x. q. 5. auctoritate superioris, c. ad
audientiam de eccl. adi. loco publico
congruo, l. m. eccl. f. 11. j. de epif. Et dicit
e. eccl. f. 10. do cons. disp. 1. c. cum sicut in
de prab. c. si seruus. 14. dist. e. compertimus.
14. qu. ultim. e. i. d. 2. de oper. na. nunc. vide
Bar. in L. si locu. de relig. c. sump. fun. Host.
de eccl. adi. m. 4. . sum pubus vniuer
sitatis cui costruuntur, c. quicunque. 16. q.
D 1. c. ad Apostolam. de finis. Host. de eccl.
adi. m. 2. assignaris certo numero mini
stros, in Anch. ut deficiat si numerus, c. t.
qui diuino Ecclesie ministerio & cul
tui praesint: &c dore ac redditibus, cum
ad corundem sufficiationem, tum ad
Ecclesia instauracionem assignatis, c.
cum sicut. de cons. eccl. eccl. vt cultus ibi
diuinus teueri, de coetus piorum certis
diebus ad audiendum verbum, vsumq;
E sacramentorum, ac publicas preces con
uenire possit, l. se qui. 3. j. de baret. Nam
ad vsum hanc ministerij publici, possit
sum Ecclesie construuntur.

Et Affilia Ecclesie sunt locapis, ut
Orphanotrophia, prochetotrophia, xe-
nodoxia, i. omnes, 73. § 3. i. monaite-
ria, 107. 111. extr. de religios. dom. ubi Panor-
Hesj. & Doloratoia: § si quis in Anth.
de eccles. sit. quix larga huius signifi-
Ftione comprehenduntur, non propriaz.
e. s. ubi Panor. num. 1. & 2. de confuct. Card.
Clear. q. 3. de iud. &c in fauorabilibus, non
odiosis, Ecclesie appellatione ac iure
comprehenduntur, t. grandi. de sup. pag.
pr. ad. c.